6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Karl Schaaf.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 02.12.1714

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-13086

C714 41

Vir in Domino dilectiſsime, et æstimatiſsime

Quoties in memoriam mihi redit, qua ego ſim humanitate abs Te hoſpitio exceptus abhinc novem annis toties id opto, ut tempus mihi detur, quo ipſa re ostendam, quam grata illud mente agnoſcam. Dum autem isthuc Tibi probandi facultate destituor, DEum rogo, ne quem ipſe prætermittat, qui in Belgio bene mihi fecerit, inter quos tuum mihi præ multis aliis charum nomen est, cui non remunerator largiſsimus existat. Verbis intimo animi ſenſui conformibus hoc testari in præſentia volui, Gramlichio Wurtenbergico Theologiæ Candidato ad Batavos tendente, cui etiam libellum a me noviſsime editum, quem Tibi tamquam mei erga Te amoris constantiſsimi teſseram traderet, commiſi. Quam alta Gramlichius fundamenta in Christo poſuerit, non habeo dicere; id autem ſustineo adfirmare, haud fucato eum animo DEum colere et DEum amantes obſervare. Eum enim ſe, dum hic egit, nobis præbuit. Facis igitur, quantum in Te est, ut Te interprete intelligat, quæ ſibi mala in Belgio vitanda, quæve bona conſectanda ſint, ne ullius doni ſpiritualis, cuius apud nos particeps factus est, iacturam faciat, ſed igneſcat potius apud vos, ſicque melior ad nos redeat. Cæterum quis ſit rerum nostrarum status, quoque favore et auxilio DEus instituta nostra ſecundet, is ore Tibi uberius quam ego epistola, exponere poterit. Vale una cum familia et amare perge

Tuum

Augustum Hermannum
Franckium.

Hal. d. 2. Dec: 1714.

Clariſsimo Dn. Schaffio.
Lugdunum.

zu 41
C 7.14

~~[illegible]~~ Dilectiſſimis Filiis
in fide, iisque Novitiis
Salutem dicit, et Auctor!

Postea, quam, Chariſſimi, Evange-
lium audivistis, idque credentibus
Vobis virtus Dei fuit in ſalutem,
nihil Vobis magis neceſſarium ac
ſalutare judico, quam ut ſacras
litteras diurna nocturnaque manu
verſetis, quæ Vos in dies red-
dant ſapientiores ad ſalutem per
fidem quæ est in Christo Jesu.
Omnis enim Scriptura divinitus
inſpirata, utilis est ad docendum,
ad arguendum, ad corripiendum,
ad erudiendum in justitia: ut per-
fectus ſit homo Dei, ad omne opus
bonum instructus. 2. Tim. III, 16.17.
Quam, quæſo, isthuc est eximium, quod
Spiritus S. Vobis pollicetur, ſi legeritis,

ut recte quidem et constanter legeri-
tis et didiceritis, Scripturam Sacram.
ille in verbis modo adductis
Etenim, spondet fore, ut euadatis
perfecti homines Dei, ad omne opus
bonum instructi. Quamobrem, quum
fidelis hic sermo sit, et omni accepti-
one dignus, non tantum ad legendas
Scripturas Vos commonefaciendos, quo
nihil facere soleo frequentius, sed
de via et ratione quoque illas recte
et salutariter legendi ~~vos~~ brevi hac
sed luculenta institutione docendos
esse credidi. Quae Vobis eo debet
esse gratior opera ~~mea~~, quo bre-
vius et simplicius ea rem omnem
expedit, ipsique Spiritus Veritatis
ductui minime fallaci vos ~~ad~~ dum
citra remoram ~~tum~~ permittit ac tradit. Agite!
igitur, ex animi sententia hisce
pagellis perfruamini. Id quod ut
ex meo etiam voto, h.e. abundantissi-
me fiat, ~~fe~~ addo vobisque identidem
relegenda commendo sequentia ~~D. Bernhardi~~ verba
Auctoris Epistolae ad Fratres de Monte Dei